



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opus pulcherrimu[m] de tribus vsitatis christianoru[m]  
actibus: oratione videlicet: ieiunio [et] elemosyna**

**Guntherus <Parisiensis>**

**Basilee, 1507**

**VD16 G 4140**

Proemium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30791**



## Proemium.



**M**ater tamē  
multa sanctorum patrum volumina quibus ecclesia dei illustrata atque ornata est: nouum aliquid cudere quod legatur: nil fere aliud est: quam solis radios accensa iurare facula: vel arenis litoreis pugillum pulueris adijcere: vel in maris plenitudine paulculas aque guttas effundere. Placuit tamen nobis ut est natura moralium: quae nouis maxime delectatur: de tribus rebus oratione. scilicet ieiunio et elemosyna: an aliquid dignum calamo conficere possemus: experiri. Cuius rei propositum eo pensatum in actum transferre curauimus: quod sepius in scripturis de virtute et laude rerum ipsarum etiam admoniti specialis autem tractatus earum vel nusquam est: vel nobis nunquam legendus occurrit. fecimus ergo sicuti mente conceptum erat: et eo maiori cura res istas tractauimus: quod scimus eas et deo placitas et utiles homini: ac nostrae professioni maxime conuenire. Amplius autem atque diffusius circa orationem libuit ingenio desudare: quam illa nobis cum deo communis est: reliqua uero alterius nobiscum ipsis alterum cum primo gerendum est. Completum igitur opusculum et ut a nobis fieri potuit ad finem usque productum: in libros tredecim di-

stinximus: quatenus eorum continentia quanto angustior: tanto sit intellectione lectu facilior. Singulorum etiam librorum capitula placuit praenotare: quibus inspectis quod in illis potissimum tractetur facile lector aduertet. Primo igitur loco ponitur prologus totius operis: in quo iuxta praecipuum tullii/capitulum lectoris beniuolentia: praeparatur docilitas: et excitatur attentio: praesertim materia: demonstrando utilitate: auctoritatem commendando.

### Capitula primi libri.

**I**n primo libro incipit agere de oratione: quam diuidit in quattuor species: id est in grammaticam orationem: dialecticam/rhetoricam/atque catholicam. Quibus breuiter tactis/alias relinquens/catholicam assumit/docens quae circa illam quaerenda sint: haec scilicet: quid ipsa sit/quid in se contineat/in quibus obtineat/quod ad ipsam pertineat/quod oranti conueniat/quod oratio pueniat. Postmodum diffinit orationem/et eius diffinitionem diligenter exponit. Deinde ostendit diuersos modos orandi siue ad orandi. Ostendit etiam diuersas diuisiones quorundam rerum quae pertinent ad diffinitiones et quaedam alia.

### Capitula libri secundi.

**I**n secundo libro docet quod contineat oratio: uidelicet ista sex. scilicet quae petat: quod petat: a quo petat: cui petat: quare petat: et quomodo petat: